



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Scholia In Primarias Preces Imperatoris

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

XXXVII. Facta collatione alteri quam Precistæ, an postea collator Precistæ conferre possit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62387](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62387)

*Ordina-
rio si ut
glecto Pre-
cista alteri
conferat
an postea
precise
requiritur
posita con-
ferre.*

Amplius dubitatur, si Ordinarius alteri conferat non Precistæ, tempore debito, an postea eidem Precistæ requirenti possit conferre? dubitationem movet, quod in beneficialibus prohibita sit variatio, *Clem. 1. de renunciat. quod & alibi dicitur*. Nihilominus contrarium verius videtur, per *c. fin. de litempt. quod ad hoc laudat Rebuff. tract. nominat. quest. 16. nu. 13.* nec obstat dicta ratio dubitandi, quia melius est se ipsum corrigere, quam ab alio corrigi, §. 1. *Anth. de nupt.* Deinde non præstat impedimentum quod de jure non sortitur effectum, *Reg. non præstat de Reg. in 6.* atqui prima collatio non tenuit, obstante decreto irritanti huic Indulto inserto, Ergo &c.

*Si concor-
rant cum
Precista
duo proce-
si, unus à
Papa, &
alter à Vi-
cario Or-
dinarij -
quid ju-
retur.*

Sed quid si negligente aut recusante Ordinario conferre præcistæ, hic recurrat ad Vicarium, qui ignarus collationis ab Ordinario alteri factæ, eandem conferat Præcistæ, & alius interim impetrat à Papa? quis istorum præferendus? Et videtur quod Apostolicus; quia Papa potest prævenire Ordinarios, & conferre, *cap. 2. de præbend.* Nihilominus præferenda Vicarij collatio si conferat uti Executor Apostolicus vigore Precum, idè quæ poterit supplet moram Ordinarij: Nam licet Vicarius non possit expedire ea quæ sunt mere gratiæ, potest tamen expedire ea quæ sunt Justitiæ, & necessitatis, *Guil. de monte Lauduno in Clem. una, de off. Vicar. & DD. in cap. fin. 4. tit. 6.*

*An men-
si datus
ad accep-
tandum
currat co-
tra mino-
rem vel
impedi-
tum.*

Rursus an tempus istud unius mensis curret contra minorem, vel contra impeditum? probabile est illud tempus non currere durante minori gratiæ, vel impedimento, *L. 1. C. de annal. except. L. ob commissa, C. de Adult. L. scire oportet. §. sufficit ff. de excess. tut.* ex quibus illa regula fit, quod impedito non currit tempus, quam inter alios probat *Tiraq. de retract. lign. §. 3. glos. 4. & retract. convent. §. 2. glos. 1. nu. 78.* dummodo tamen illud impedimentum non sit affectatum, *Tiraquel d. tract. de retract. lign. §. 35. glos. 4. num. 29.* *Alexander Moneta d. Opt. Can. cap. 2. quest. 5.* ubi scribit multo magis non currere tempus minoribus, durante iusto impedimento: sic etiam absentibus iusta de causa tempus non curret, *text. in l. 1. ff. Ex quibus causis maiores.* Dubitationem tamen movet, quod in beneficialibus, & aliis spiritualibus minor censetur major, *cap. ex parte de restitut. spol. cap. si annum. de iudicij in 6.* & censendus sui iuris est, sicut filius familias in castrensi peculio, *L. 2. ff. Ad Macedo.* Sed istud solvitur hoc modo: verum illud esse in his quæ sunt mere spiritualia, ut *post glos. Abb. Anch. & alios in cap. ex parte de restitut. spol. Sfort. tract. de restit. in integ. quest. 6. articulo 1.* ut sunt matrimonium, ingressus religionis, votum, & similia: nam in aliis, quæ non sunt mere spiritualia, sed spiritualibus solum annexa, prout est materia beneficalis, datur minori enormiter lesio in integrum restitutio *Lud. Gomez ad Reg. Cancell. de Triennali poss. questio 15 & Covar. L. 1. var. resol. cap. 4. num. 2. & sequent. Flam. Paris tract. de benef. lib. 5. quest. 7* ubi etiam probant id procedere etiam si de lucro captando agatur, ut puta de bene-

PRIVILEGIUM
REGULARIUM
ET
COMMENTARIA
IN REGULA
CANCELLARII
APOSTOLICI
L. 1.
PRECES IMPROBARI
L. 1.
8